

ita respondit qd ipm ad fidem cōuertit z cum
 omni familia baptizauit. Secundo cōsidere
 mus beati laurentij constantiam quā habu-
 it in tormentis: post omnia quidem supra di-
 cta mandauit valerianus ad hypolitum ve
 laurentij presentaret. cui laurentius ait. am-
 bulemus pariter quia mihi et tibi gloria p̄-
 paratur. ad tribunal igitur ambo veniunt et
 fit iterum inquisitio de thesauris: laurentius
 autem triduo inducias petijt: quas valeria-
 nus eidem sub hypolitū pollicitatione cōces-
 sit: in hoc triduo laurentius pauperes clau-
 dos cecos et alios collegit: et eos in palatio
 salustiano coram decio presentauit dicens.
 Ecce isti sunt thesauri eterni qui nunq̄ mi-
 nuuntur sed crescunt: qui in singulis disper-
 guntur z in omnibus inueniunt. horum enī
 manus thesauros in celum deportauerunt.
 Valerianus presente decio dixit. Quid va-
 riaris per multa: iam nunc sacrificia et magi-
 cam artem depone. Cui laurentius. Quis de-
 bet adorari qui factus est an qui fecit. Irat⁹
 decius iussit eum scorpionibus cedi: z omne
 genus tormentorū ante ipsum afferri: quem
 cum sacrificare iuberet et hec tormēta euade-
 ret. respōdit infelix: has epulas semper opta-
 ui. Tunc iubente decio nudus sustibz cedi-
 tur et ardentes lamine ad latera opponuntur.
 Dixitqz laurentius. Domine iesu chrisste de-
 us de deo miserere mihi seruo tuo quia accu-
 satus nō negant: interrogatus te dominū cō-
 fessus sum. Dixitqz ei decius. scio qd per artē
 magicam tormenta deludis: me tamen delu-
 dere nō valebis. Iussitqz eum plumbatis du-
 rissime cedi: laurentius autem orauit dicens
 Domine iesu chrisste accipe spiritum meum:
 tūc audiēte decio vox insonuit. Adhuc mul-
 ta certamina tibi debentur. Tunc decius fu-
 rore repletus dixit: viri romani audistis de-
 mones istum sacrilegum cōsolantes: qui nec
 deos colit nec tormēta metuit: nec iratos pn-
 cipes expanclat. Iussitqz iterū eum scorpio-
 nibus cedi. Subridens autem laurentius
 gratias egit: et pro astantibus eorū ait: eadē
 hora romanus in chrisium credidit. Reclu-
 sus post hec iterū laurentius in custodia hy-
 politi: nocte sequenti laurentius ad decium
 adducitur. cui decius: aut inquit dijs sacrifi-
 cabis aut nox ista in te cum supplicijs expen-
 detur. Cui laurentius: mea nox obscurū nō
 habet: sed omnia in luce clarescunt. Dixitqz
 decius: afferatur lectus ferreus vt requiescat
 in eo cōtumax laurentius: ministri ergo eum
 eruentes super craticulam ferream extendit
 et prius suppositis eum cum furcis ferreis

cō presserunt. Dixitqz laurentius valeriano
 disce miser: quia carbones tui mihi refrigeri-
 um: tibi autem eternūz supplicium prestant:
 quia ipse dominus nouit qd accusatus nō ne-
 gaui eū: interrogatus chrisium cōfessus sum
 assatus gratias ago: dixitqz hilari vultu ad
 decium. Ecce miser assasti vnam partē gira-
 aliam et manduca. deinde subdidit. gratias
 ago tibi domine qd ianuas tuas ingredi me-
 rui: et sic spiritum emisit. Cōsulus decius cū
 valeriano ambulauit in palatium tyberij re-
 licto corpore super ignes. Quod hypolitū
 mane rapuit et cum iustino presbytero in a-
 gro verano cōditum aromatibus sepeliuit.
 ¶ Tercio cōsideremus gloriā quam asse-
 cutus est beatus laurentius post susceptum
 martyrium et illa que in celis est et nobis est
 in perscrutabilis obmissa tantum ad eam di-
 rigamus mentem quā tribuit illi deus in sua
 ecclesia militante fecit quidem deus sanctuz
 suum martyrem multis miraculis coruscare
 de quibus pro deuotione nostra aliqua pau-
 ca narremus. Refert Gregorius turonensis
 Qdum quidam sacerdos quandam ecclesi-
 am sancti laurentij repararet et trabes quedā
 nimium breuis esset: rogauit beatum lauren-
 tium vt qui pauperes fouerat sue inopie sub-
 ueniret. Que subito sic excreuit vt pars non
 modica abundaret. Quam partem sacerdos
 minutatim incidit et multas inde infirmita-
 tes sanabat. Quidā insup p̄sbyter noie San-
 tulus beati laurentij ecclesiam a longobar-
 dis incensam reparare volens artifices mul-
 tos condurit. Quadā autem vice dum quid-
 eis apponeret nō haberet p̄missa oratione re-
 sperit in clibanū et ibidem candidissimū pa-
 nem inuenit. Sed cum vir ad vni⁹ prandij
 esum tribz p̄sonis sufficere videt⁹ laurentij
 artifices suos nolens deficere sic predictum
 panem multiplicari fecit qd in alimentum de-
 cem dierū operarijs cunctis sufficit. Sunt
 et alia huius sancti miracula que causa bre-
 uitatis omittimus. igitur deuotione qua pos-
 sumus beatus laurentius deprecemur vt sua
 intercessione nos dignos efficiat qua medi-
 ante peruenire valeamus ad illam gloriā sem-
 piternam in qua ipse letatur cum domino ie-
 su chrisio. Cui sit honor et gloria in secula se-
 culorum. Amen.

¶ Sermo quinquagesimus quintus de san-
 cto Augustino preclarissimo lumine ecclesie
 sancte dei.